

YORKSHIRE ARCHAEOLOGICAL SOCIETY DD146/Box 47
STAINBURN CHARTERS

[1]. [late 12th century]

Eboracensi Archiepiscopo totique capitulo Sancti Petri et omnibus sancte ecclesie filiis Gillebertus del Meinil de Turkillebi salutem. Sciatis me assensu et concessione Stephani primogeniti et heredis mei et Idonee sponse mee dedisse et hac presenti carta mea confirmasse deo et Sancte Marie Bellelande et monachis ibidem deo servientibus totam illam culturam terre mee quam predicti monachi sartaverunt in terrura de Turkillebi versus Angotebi per easdem metas et divisas quas Walterus del Meinil, pater meus, perambulavit. Concessi et iam eis et confirmavi sartare ad latitudinem predictae culture versus orientem in longum quantumcumque heredes mei vel ego ipse vel homines de Turkillebi terram nostram iuxta predictam culturam versus orientem sartando prolongaverimus. Hanc autem donationem feci deo et predictis monachis in puram et perpetuam elemosinam, propriam, liberam, solutam et quietam ab omni terreno servicio et exactione seculari in perpetuum pro salute anime mee et uxoris mee et patris et matris mee et omnium antecessorum et heredum meorum. Et ego et heredes mei hanc donationem manutenebimus et garantizabimus predictis monachis contra omnes homines in perpetuum. Hiis testibus: Willelmo Darel, Phillipio fratre uxoris mee, Stephano filio meo, Petro fratre meo, Waltero canonico cellerario de Novoburgo, Olivero filio Vincentis de Tresc, Simone dispensatore meo, Roberto clerico filio Roberti de Busci.

Seal: red wax (circular); mounted knight
[+ SIGILL'M GILEB AINIL DE TURK'LEBI]

Endorsement: Carta Gilb' de Meynil de quamdam cultura
terre sartata Turkilby b'i iiii [contemporary hand]

YORKSHIRE ARCHAEOLOGICAL SOCIETY DD146/BOX 47
STAINBURN CHARTERS

[2]. [late 12th/early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus Alabastrer salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse deo et monachis ecclesie Sancte Marie de Fontibus dimidiam acram prati in terura de Stainburn, scilicet illam que pertinet ad meum Gresmanland et iacet inter meum essartum et Savelrodam in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omnibus serviciis. Et ego et heredes mei totum predictum pratum ecclesie de Fontibus garentabimus in perpetuum. His testibus: Nicolo de Caiton, Matheo Forestario, Roberto fratre eius, Thoma de Fozton.

Seal: green wax (oval); a monstrance?
[SIGIA.....]

Endorsements: (i) Willelmi Alebastrer Stanb' [contemporary hand]
(ii) Staynburn .70. [and] .70. [15th century hand]

[3]. [probably late 12th/early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus clericus de Stainburn salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse deo et monachis ecclesie Sancte Marie de Fontibus tres acras terre in territorio de Stainburn, illas scilicet que sunt magis versus orientem in cultura de Eadolfriding in puram et perpetuam elemosinam, solutam, liberam et quietam ab omnibus servitiis et terrenis exactionibus. Et ego et heredes mei totam predictam terram ecclesie de Fontibus garentabimus, acquietabimus et defendemus ab omnibus contra omnes in perpetuum. Preterea concessi prefatis monachis et hac mea carta confirmavi triginta acras terre in predicta villa de Stainburn cum pertinentiis et communem pasturam eiusdem ville ubique extra bladum et pratum ad ducentas oves que habent ex dono Roberti de Lelai. Et sciendum quod concessi eis ut habeant illas predictas xxx acras propinquiores prefatis tribus acris quas dedi eis in Eadolfriding, scilicet sulco ad sulcum pro salute anime mee et omnium antecessorum et heredum meorum. His testibus: Ricardo de Rippelai, Nicholo de Caiton, Matheo Forestario, Henrico de Sclpton, Helia filio Knut, Adam Filio Willelmi, Willelmo Alebastre, Adam Ruffo.

Seal: missing

Endorsements: (i) vacat [13th century hand]
(ii) Stainburn .23. [and] .23. [15th century hand]

[4]. [late 12th/possibly early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus clericus de Stainburn salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse deo et monachis ecclesie Sancte Marie de Fontibus in territorio de Stainburn totam terram que est inter chiminum quod vadit per mediam villam et chiminum quod tendit versus Lindelei et descendit in Stainburnbec, et sic per Stainburnbec versus le su usque ad terram quam Alanus filius Thorphini tenuit de me, et sic sursum usque ad predictum chiminum quod vadit per mediam ville, ad includendum et faciendum inde quicquid voluerint. Dedi etiam eis duodecim acras terre culte in territorio predictae ville, scilicet tres acras in Birkelandes et tres acras in Forelandes et tres acras in Edolfridinges, et est terre quam habent de Roberto de Lelai, et duas acras et unam rodam que abutunt super cimiterium capelle de Stainburne, et tres rodas que abutunt super terram ecclesie, et tantum prati en le Saucei de mea parte quantum pertinet ad duas bovatas terre in eadem villa, et pasturam cum omnibus pertinentiis, liberatibus, communionibus et aisiamentis ad duas bovatas terre pertinentibus infra eandem villam et extra. Preterea dedi eis pasturam ad sexies xx oves cum agnis earum usque ad separationem, et ad viginti vaccas cum sequela earum, donec sit duorum annorum et ad decem boves, et si boves ibi non habuerint, ad totidiem averia alia in loco boum, et suum sufficiens estuverium ad ardendum et edificandum in eadem terra de Stainburn de boscis eiusdem ville. Et ego et heredes mei hec omnia prefatis monachis quarentabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes ab omnibus servitiis, consuetudinibus et exactionibus, sicut liberam et perpetuam elemosinam nostram. Preterea concessi et hac mea carta confirmavi eis illas triginta acras terre in territorio eiusdem ville de Stainburn cum pertinentiis et communem pasturam eiusdem ville ubique extra bladum et pratum ad ducentas oves ex dono Roberti de Lelai, et sciendum quod concessi eis ut habeant illas predictas xxx acras propinquiores illis tribus acris terre sulco ad sulcum quas dedi eis in Edolfriding. His testibus: Ricardo de Rippelai, Radulfo de Bramhop, Nicolo de Calton, Matheo Forestario, Henrico de Sipton, Waltero Alemanno, Willelmus fratre eius, Gillebertus filius Radulfi de Aldefeld.

Seal: missing

Endorsements: (i) Willelmi de Stanburn [contemporary hand]
(ii) Willelmi clerici de Stanburn [13th century hand]
(iii) Stainiburn .28. [and].28. [15th century hand]
(iv) Terra data ad includendum [16th century hand]

YORKSHIRE ARCHAEOLOGICAL SOCIETY DD146/BOX 47
STAINBURN CHARTERS

[5]. [late 12th/early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Alanus filius Alani de Westona salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse deo et monachis Sancte Marie de Fontibus in puram et perpetuam elemosinam, solutam, liberam et quietam ab omni servitio et exactione que ad terram pertinet unum mesagium cum crofto in villa de Stainburn cum communia eiusdem ville in bosco et plano et libero exitu et introitu, illud videlicet mesagium cum crofto quod tenui de Willelmo filio Willelmi filii Thore eisdem divisas quibus Henricus filius Dunning tenuit eandem terram de eo, reddendo mihi et heredibus meis annuatim xii denarios pro omni servitio, dimidiam ad Pentecosten et dimidiam ad festum Sancti Martini. Et ego et heredes mei warentabimus, acquietabimus et defendemus predictam terram prenominate monachis contra omnes inperpetuum. Hiis testibus: Willelmo filio Willelmi, Helya filio Cnut, Ada Ruffo, Ada filio Willelmi, Henrico Haimerico et Nigello de Castellai, Serlone de Pouele, Roberto filio Udardi de Lindelai.

Seal: missing

Endorsements: (i) vacant quia rusticus est [13th century hand]
(ii) Staynburn -30- [and] -30- [15th century hand]

[6]. [probably late 12th/early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus filius Willelmi de Stainburn salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse deo et monachis Sancte Marie de Fontibus in puram et perpetuam elemosinam, solutam, liberam et quietam ab omni servitio et exactione seculari unum mesagium in villa de Stainburne cum crofto quod vocatur Hesecroft, scilicet a villa usque ad Stainburnebec infra has divisas, videlicet inter croftum quod Alanus filius Alani dedit eis et terram meam que est ex alia parte propinquior versus le su, preterea concessi eisdem monachis et hac mea carta confirmavi mesagium illud cum crofto quod prenomatus Alanus dedit eis et quietum clamavi eis servicium quod idem Alanus mihi inde reddidit annuatim, scilicet xii denarios. Dedi eciam eis totum pratum meum quod est inter Stainburnebec et capita predictorum duorum croftorum. Et ego et heredes mei omnia prenominata predictis monachis warentizabimus et defendemus contra omnes homines inperpetuum. Hiis testibus Wale capellano de Stainburn, Helya filio Cnut, Thoma de Fostun, Ada Ruffo, Roberto filio Udardi de Lindeleia, Henrico de Castellai, Nigello Haimerico de eadem villa, Henrico filio Holdewini de Rithona, Ada filio Willelmi.

Seal: brown wax (circular); tablets of the law?
[+ SIGILL' WILLELMI CLERICI PENARIUM]

Endorsements: (i) vacat [13th century hand]
(ii) Staynburn .31. [and] .31. [15th century hand]

[7]. [early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus Alebastarius salutem. Sciatis me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse deo et monachis ecclesie Sancte Marie de Fontibus in liberam et perpetuam elemosinam unam bouvatam terre in territorio de Stainburne cum omnibus pertinentiis suis et aisiamentis infra villam et extra, illam scilicet bovatom quam tenui de Helya filio Cnut. Hec omnia dedieis inperpetuam elemosinam, solutam, quietam et liberam ab omni servitio et ab omni re ad terram pertinentibus, faciendo forinsecum servitium quantum pertinet ad unam bovatom terre ubi xiiii carucatas terre faciunt feodum militis. Et ego et heredes mei omnia prenominata predictis monachis warantizabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes inperpetuum. His testibus: Helya filio Cnut, Willelmo clerico de Stainburne Willelmo le Franceis Ada Nepote, Willelmi Alebastarii, Henrico de Castellai, et multis aliis.

Seal: missing

Endorsements: (i) Willelmi Alebastrarii Stanburn [contemporary hand]
(ii) Willelmi Alblast' Stanburn [13th century hand]
(iii) Staynburn .69. [and] .69. [15th century hand]
(iv) 14 carucates make a knight's fee vide h:c. In some place more in some lesse according to the goodnes of the ground [17th century hands]

YORKSHIRE ARCHAEOLOGICAL SOCIETY DD146/BOX 47
STAINBURN CHARTERS

[8]. [early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Thomas filius Helie filii
Cnuth de Stainburn salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea
confirmasse deo et monachis ecclesie Sancte Marie de Fontibus tres acras
terre in terrura de Stainburn, scilicet illas quas pater meus dedit eis in
bogeroode, tenendas et habendas in puram et perpetuam elemosinam, sicut
carta patris mei quam ipsi inde habent puportat et testatur. Hiis testibus:
Ware capellano, Serlone filio eius, Adam filio Willelmi, Ricardo filio
Thore, Thoma de Fozton, et aliis pluribus.

Seal: red wax (vesica-shaped) with triple fleur de lys
[+ SIGILL' TOME FILI' ELISE.I.]

Endorsements: (i) Thome filii Helie de Stainb'n [contemporary hand]
(ii) Staynburn -55. [and] -55.

YORKSHIRE ARCHAEOLOGICAL SOCIETY DD146/BOX 47
STAINBURN CHARTERS

[9]. [early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Eva filia Willelmi Palmarii de Suinlington salutem. Sciatis me dedisse et presenti carta mea confirmasse pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum deo et monachis ecclesie Sancte Marie de Fontibus totum toftum et croftum quod habui in Stainburn cum omnibus edificiis in eo constructis et cum sex acris terre quas habui in territorio eiusdem ville. Dedi etiam eis omnes terras et quicquid habui in eadem villa de Stainburn cum omnibus pertinenciis et aisiamentis suis infra villam et extra, tenendum et habendum in puram et perpetuam elemosinam, solutam, liberam et quietam ab omnibus serviciis et ab omni re ad terram pertinente.

Et ego et heredes mei omnia prenominata predictis monachis warentabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes in perpetuum, ita quod ipsi facient de hiis omnibus quicquid voluerint sicut de propria et perpetua possessione sua.

Hiis testibus: Nigello de Plumpton, Hugone de Suinlineton, Willelmo de Lelai, Henrico de Castelleia, Nicholo de Caiton, Matheo Forestario, Helia filio Cnut, Thoma de Fozton, Symone de Pouele, et aliis pluribus.

Seal: red wax (vesica-shaped); three trees
(+ SIGILLUM EVE FILII WILLELMI)

Endorsements: (i) Thome filii Helie de Stainb'n [contemporary hand]
(ii) Staynburn .55. [and] .55. [15th century hand]

YORKSHIRE ARCHAEOLOGICAL SOCIETY DD146/BOX 47
STAINBURN CHARTERS

[10]. [early 13th century]

Omnibus sancte ecclesie filiis presentibus et futuris Alitia filia Henrici de Castellai salutem. Sciatis me in mea viduitate et ligia potestate dedisse et presenti carta mea confirmasse deo et monachis ecclesie Sancte Marie de Fontibus totam terram cum prato et pertinentiis suis in territorio de Stainburn quam Henricus pater meus dedit mihi in mariagio, tenendam et habendam in puram et perpetuam elemosinam, solutam, liberam et quietam ab omni servitio et ab omni re ad terram pertinente. Et ego et heredes mei predictam terram cum pertinentiis prefatis monachis warrantabimus et defendemus contra omnes in perpetuum. Hiis testibus: Hugone de Lelai, Hugone de Tausun, Roberto de Muncketon, Selone clerico, Jeremia de Stainburn, Malgero de Pouel, Willelmo de Castellai.

Seal: red wax (circular); floreated cross
[+ SIGILLUM ALICIE]

Endorsements: (i) Carta Alicie fil' Henric' de Castell' [and] Stainburn'
[13th century hand]
(ii) Aliz [13th century hand]
(iii) Staynburn .67. [and] .67. [15th century hand]

[11]. [16th July 1549 (3 Edward VI)]

Rex omnibus ad quos et cetera salutem. Sciatis quod nos pro suma duorum millum ducentarum, quadraginta septem librarum, quatuordecim solidorum, et sex denariorum legalis monete Anglie ad manus thesauri nostri curie nostre augmentationum et revencionum corone nostre ad usum nostrum per dilectionem nobis Edwardum Warner de Hospitio nostro, militem, Silvestrum Leigh de Pountefrett, in comitatu Eboracensis, generosos, et Leonardum Bate de Lupsett, in eadem comitatu, generosum, bene et fidelite soluta unde fatemur nos plenarie fore contentata satisfactata et per soluta eosdemque Edwardum, Silvestrum et Leonardum, heredes, executores et administratores suos inde acquietata et exonerata esse per presentes de gracia nostra speciali ex certa scientia et mero motu nostris nec non de aiusamento percharissimi avunculi et conciliarii nostri Edwardi, ducis Somerset persone nostre gubernatoris ac regnorum dominiorum et subditorumque nostrorum protectoris ac certerorum conciliarii nostrorum; dedimus et concessimus ac per presentes damus et concedimus prefatis Edwardo Warner, Silvestro Leigh et Leonardo Bate totam illam nuper cantariam Beate Marie fundatam in ecclesia parochialis de Geisley in dicto comitatu nostro Eboracensis cum suis juribus membris et pertinentiis universis ac totum illum annum redditum trium solidorum et quattuor denariorum ac servicia nostra domine nuper cantariam in Geisley predictam spectantem et pertinentem exeuntem de quodam [clo] terra iacente prope rivulum vocat le Moore brooke in Geisley predicto, ac omnia illa messuagia, cotagia, tenementa, et gardinas nostra ac omnia alias terras, prata et pasturas nostra vocata seu cognita per nomen vel per nomina de Oldrood close, Nethergarth, le Bankes, Seynt Marie rood, et Esshed, nec non omnia alia terras, prata, pasturas, comoditas et hereditamenta nostra quetumque cum eorum pertinentiis universis modo vel nuper in separalibus tenuris sive occupacionibus Cristoferi Oldrodde, Roberti Rastricke, Willelmi Pycard, Parcivalli Bouldhouse, Willelmi Smith, Roberti Watson, Johannis Wilker, Johannis Sykes, Henrici Hugganson, Johannis Deane, Cristoferi Ollinge, Ricardi Cawe, Jacobi Pollard et nuper cantariste dicte nuper cantarie in Giesley scituate, iacente et existente in villa, campis, parochie, hambletta de Giesley, Over Yeaddon, Menston, Rawden, Otteley, Eastcarleton et Westcarleton seu alibi in dicto comitatu nostro Eboracensis dicte, nuper cantariam Beate Marie in ecclesia de Giesley predicta dudum spectantem et pertinentem ac parcelas possessionum inde nuper existentibus ac omnia alia messuagia, cotagia, tenementa, gardinas, terras, prata, pasturas, redditus, reversiones et hereditamenta nostra quocumque in Giesley, Overyeaddon, Menston, Rawdon, Ottley, East Carleton et Westcarleton predicta ac alibi ubicunque predictae nuper cantarie Beate Marie Giesley predictae quoquomodo spectanta vel pertinenta aut ut parcellarum terrarum, tenementorum, nostrorum possessionum seu revencionum eiusdem, nuper cantariam ante hac habita, cognita, acceptata, usitata seu reputata existenta, nec non omnia illa tria cotagia et tenementa ac tria gardina nostra ac omnia terras, prata, pasturas, comoditas et hereditamenta nostra quecumque cum eorum pertinentiis universis modo vel nuper in separale tenura sive occupacione Milonis Crossedale, Milonis Farrand et Johannis Sedel et Ricardi Hutchinson scituate, iacente, et existenta in villis, campis et parochiis seu de Mitton et Coldconyston seu alibi in dicto comitatu nostro Eboracensis, nuper cantariam Beate Marie fundata in capella de Waddington in eodem comitatu nostro Eboracensis modo dissoluta dudum spectante et pertinente ac parcelas possessionum inde nuper existentes ac omnia alia mesuagia, cottagia, terras, tenementa, prata, pasturas et hereditamenta nostra, quaecunque in Mitton et Coldconyston predictis ac alibi ubicunque nuper cantarie Beate Marie in Waddington predictae quoquo modo spectanta vel pertinenta aut vel parcelas possessionum, jurium seu revencionum eiusdem nuper cantarie ante hac habita, cognita, acceptata, usitata, seu reputata, existenta; habendum et tenendum et gaudiendum predicta messuagia, burgagia, tofta, cotagia, officinas, terras, tenementa, prata, pascuas, pasturas, boscos, redditus, reversiones, servicia et cetera omnia et singula promissas superius, expressas, et specificatas cum eorum pertinentiis universis prefatis Edwardo Warner, milite, Silvestra Leigh et Leonardo Bate, heredibus et assignatis suis imperpetuum ad proprium opus et usum eorundem Edwardi, Silvestri et Leonardi; heredum et assignatorum suorum imperpetuum tenendum predicta messuagia, terras, tenementa et cetera premissa superius, expressata

et specificatata de nobis heredibus et successoribus nostris ut de maneria de (]
in dicto comitatu nostro Eboracensis per fidelitatem tantum in libero Socagio
et non in capite. In cuius rei et cetera. Teste rege apud Westmonasterium
decimo sextimo die Julii anno regni regis Edwardi sexti tertio.

Vera copia concordans cum alia copia
quoad examinata per nos.

Seal: None

Endorsement: A writtinge to shoue [the] tennure of my lands
in Gysley, East Carlton et Menston sume parte
[16th century hand]